**Incipiunt casus et notabilia decretorũ reuerendissimi magistri Bartholomei brixiensis.**

**Q**
**Voniã** suffragantibus antiquorũ laboribus minores pñt interdũ ꝑspicatius intueri. ⁊ quia ꝑ ꝯtinuũ exercitiũ sciẽtia recipit incrementum et sp in melius reflorescit. Idcirco ego Bartholomeus brixieñ. inter studentes Bonoñ. minimus. casus decretoꝝ quondã a beneuentano cõpositos ꝓ modulo sciẽtie mee duxi in melius reformandos. Nam vbi corrupti fuerant scriptoꝝ vitio: eos diligẽter correxi. vbi defectũ patiebant̃ suppleui. vel litterã pleni⁹ cõꝓhendẽdo: vel casus ponendo vbi positi nõ fuerãt: cũ hoc necessariũ videbat̃. ⁊ vbi lima correctõnis in aliquo indigebãt: ꝓut creatoꝛ omniũ mihi ꝯcessit in melius ꝯmutaui: litterã aptius imitãdo ⁊ maxime in legibus vbi in quibusdã locis correctio necessaria videbatur. nõ interposui verba falerata que mentes audientium nõ illustrãt. imo deuiãt a tramite veritatis. hoc feci sine vana ostentatõe. ⁊ sine aliq̃ confusione ad honorẽ omnipotẽtis dei ⁊ studentiũ cõmodũ ⁊ honorẽ. ⁊ in quibusdam locis litterã breuiter exponẽdo vbi valde difficilis videbat̃. Posito igit̃ casu ꝑtes vbi incipiãt legendo litterã assignabis. nec in positõe casus dices vbi ꝑma ꝑs incipiat vel scđa.

**H**
b
**Vmanum** genus ⌋ Casus iste sic ponit̃ Dicit̃ eñ hic ꝙ duo sunt instrumẽta ꝑ q̃ genus hũanũ regit̃ ⁊ gubernat̃. s. ius naturale ⁊ ꝯsuetudo siue mos. Jus naturale est quod in lege ⁊ in euãgelio ꝯtinet̃. quo iure q̃sq₃ iubet̃ alij facere qđ sibi vult fieri. ⁊ hoc ꝓhibetur alij inferre qđ sibi nolit fieri. ⁊ hoc ꝓbatur autoritate xp̃i dicentis. Omnia q̃cunq₃ ⁊c.

Distinctio. I

**O**
o
**Mnes leges.** Caplm̃ istud diuidit̃ in tres ꝑtes. Jn prima ꝑte dicit̃ ꝙ legum alie sunt diuine. alie humane. diuine natura: hũane aũt moribus ꝯstant. ⁊ quia mores hominũ sunt diuersi ꝑ quos humane leges statuunt̃. ideo hũane leges discrepãt. qm̃ alie alijs placent ⁊ alie alijs. Jn scđa ꝑte dicit̃ ꝙ hoc noĩe fas lex diuina. hoc nomine ius lex hũana continet̃. Jn tertia parte dicit̃ ꝙ trãsire ꝑ agrum alienũ fas est. i. iure diuino ꝑmittit̃. ius autẽ nõ est. i. nõ ꝑmittit̃ iure humano. Scđa pars incipit ibi ⌊ fas ⌋ tertia ibi ⌊ transire ⌋

**§. Ex his.** Concludit Grãnus ex supradicto caplo differẽtiã esse inter legẽ diuinã ⁊ legẽ humanam. cũ omne quod fas est nomine diuine vel naturalis legis intelligat̃. Nomĩe vero legis humane mores conscripti ⁊ traditi intelligantur. Jn fine dicit ꝙ ius ẽ generale nomẽ multas ꝯtinens species. ⁊ hoc ꝓbat ꝑ sequentia.
Casus autem trium capitulorũ planus est ⁊ per te videbis.

**Consuetudo.** Capitulũ istud diuidit̃ in tres ꝑtes. Jn prima parte ponit̃ diffinitio ꝯsuetudinis que talis est ⌊ Consuetudo est ius quoddã ⁊c ⌋ Jn scđa ꝑte que incipit ibi ⌊ Nec differt ⌋ dicit̃ ꝙ nõ refert vtrum ꝯsuetudo sit scripta an sola ratione: id est sine scriptura ꝯstat. quoniã ⁊ legẽ ratio cõmẽdat. Jn tertia ꝑte q̃ incipit ibi ⌊ Porro ⌋ dicit̃ ꝙ lex est ratio: quia rationẽ habet ⁊ ꝯsuetudo erit lex: id est seruabit̃ ꝓ lege que rationẽ habet: dummodo religioni cõgruat: discipline ꝯueniat: saluti ꝓficiat. Et đr ꝯsuetudo: q₂ in vsu cõi est.

**§. Cum itaq₃** Infert ex supradicto. c. ꝯsuetudo dicens cũ non differt an scriptura sit ꝯsuetudo vel non sit scriptura: apparet ꝙ q̃dam ꝯsuetudo est tradita in scriptis. q̃dam moribus vtentiũ reseruat̃. que autem scripta est ꝯstitutio siue ius vocatur. q̃ scripta non est: consuetudo vocatur. Et dicit etiam ꝙ est alia diuisio iuris: ⁊ ad hoc inducit sequens ca. exempla ponẽdo de quolibet membro diuisionis.

**Jus aũt** Caplm̃ istud diuidit̃ in tres ꝑtes. Jn prima ꝑte diuidit Isiđ. ius trifarie in ius naturale: in ius ciuile: ⁊ ius gentiũ. Jn scđa ꝑte que incipit ⌊ Jus naturale ⌋ dicit̃ ꝙ ius naturale ẽ cõe omniũ nationũ eo ꝙ instinctu nature ꝓcee



Ex Bibliotheca Universitatis Heidelbergensis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/ib00151000/0005
gefördert durch Baden-Württemberg